

& collegistis me; nudus & operuistis me; infirmus & uisitastis me; In carcere eram & uenistis ad me; Tunc respondunt ei iusti dicentes, Dne quando te uidimus esuriente & pauimus; sitientem & dedimus tibi potum; quando autem te uidimus hospitem & collegimus te; aut nudum & cooperuimus; aut quando te uidimus infirmum aut in carcere & uenimus ad te; Et respondens rex dicit illis, Amen dico uobis, quam diu fecistis unum de his fratribus meis minimis, mihi fecistis; Tunc dicit & his qui a sinistris eius erunt, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius; Et surui enim & non dedistis mihi manducare; Stulti & non dedistis mihi potum; Hospes eram & non collegistis me; nudus & non operuistis me; infirmus & in carcere & non uisitastis me; Tunc respondunt ei & ipsi dicentes, Dne quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum uel in carcere & non ministrauimus tibi; Tunc respondebit illis dicens, Amen dico uobis, quam diu non fecistis unum de minoribus his, nec mihi fecistis; & ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam.

**ET FACTUM EST CUM CONSUMMAS**

set ibi sermones hos omnes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduum pascha fiet & filius hominis tradetur ut crucifigatur; Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi, mattheum principis sacerdotum qui dicebatur caiphas, & consilium fecerunt, ut ih̄m dolo tenerent & occiderent; dicebant autem non in die festo, ne forte tumultus fieret & in populo; Cum autem esset & ih̄s in bethaniam in domo symonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenta pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbens; uidentes autem discipuli indignati sunt.

XXVI

ccclxxviii

ccclxxv

ccclxx

ccclxxviii

ccclxxv

ccclxxv

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii

ccclxxviii